



BOLETÍN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON

Carta encíclica de nuestro Santísimo Padre León XIII
sobre la devoción del Rosario. (1)

Estas razones, venerables hermanos, nos mueven á alabar siempre y á recomendar á los pueblos católicos tan excelente fórmula de piedad, y devoción tan conducente para llevar al hombre al puerto de salvación. Pero aún tenemos otro muy grave motivo, que ya en nuestras cartas y alocuciones os hemos manifestado, como abriendo de par en par nuestro corazón.

Nuestras acciones, en efecto, se inspiran más ardientemente cada día en el deseo—concebido en el divino corazón de Jesús—de favorecer la tendencia á la reconciliación que apunta entre los disidentes. Comprendemos que esa admirable unidad no puede prepararse y realizarse por mejor medio que por la virtud de las santas oraciones. Recordamos el ejemplo de Cristo, que en una dirigida á su Padre le pidió que sus discípulos fuesen «uno solo» en la fe y en la caridad; y que su Santísima Madre dirigiera la misma ferviente oración es indudable recorriendo la historia apostólica.

Ella nos representa la primera Asamblea de los Apóstoles, implorando á Dios y concibiendo gran esperanza en la prometida efusión del Espíritu Santo y á la vez á María presente en

(1) Véase la pág. 424.

medio de ellos y orando especialmente: «Todos perseveraban en la oración con María, Madre de Jesús.» (Act. I, 14.) Por eso también la Iglesia en su cuna se unió juntamente á María en la oración, como promovedora y custodio excelente de la unidad, y en nuestro tiempo conviene obrar así en el mundo católico, sobre todo en el mes de Octubre, que ha mucho tiempo, por razón de los días infaustos que corren para la Iglesia se ha destinado á la expresada devoción, y por eso hemos querido dedicarlo y consagrarlo á María, invocada en rito tan solemne.

Redóblese, por tanto, esa devoción, sobre todo para obtener la santa unidad. Nada puede ser más dulce y agradable para María, que íntimamente unida con Cristo, desea y anhela que los hombres todos, favorecidos con el mismo y único bautismo de Jesucristo se unan á El y entre sí por la misma fe y una perfecta caridad.

Que los augustos misterios de esta fe, por el culto del Rosario, penetren más hondamente en las almas para obtener el dichoso resultado de «imitar lo que contiene y lograr lo que prometen.»

Entre tanto, como prenda de las divinas mercedes y testimonio de nuestro afecto, os concedemos benignamente á cada uno de vosotros y á vuestro clero y pueblo la bendición Apostólica.

Dado en Roma, junto á San Pedro, el día 20 de Septiembre del año 1896, de nuestro Pontificado el décimonono.

LEÓN, PAPA XIII.

CARTA PONTIFICIA SOBRE LA DIFUSIÓN DE LA BUENA PRENSA

A nuestro querido hijo Maximiliano Zara, presidente de la Sociedad de San Pablo, para la difusión de los escritos católicos.

LEÓN XIII, PAPA

Querido hijo, salud y Bendición Apostólica.

Con motivo de la solemnidad anual de San Joaquín, Nós acogimos con verdadero gozo las felicitaciones y los votos de tu Sociedad de San Pablo, fundada para la difusión de las obras católicas .

El placer que Nos experimentamos al recibir esos votos aumentó aún más cuando Nós supimos por tu carta que Dios ha enriquecido tu obra con excelentes frutos que han servido para coronar tu celo.

No hay ni puede haber nadie que se precie de sensato y honrado que no deplora la difusión sin cesar creciente de los malos libros; diariamente nos demuestra la experiencia cuán grandes son los daños que causan esos escritos en la piedad y en las buenas costumbres.

Nós queremos, pues, que tu tan saludable obra, ya alabada por Nós en otras ocasiones, sea encarecida de nuevo por nuestra recomendación; Nós queremos de este modo que los católicos se dispongan con mayor energía á consagrar sus recursos y su celo en el acrecentamiento y sostén de esa Asociación.

En cuanto á tí, querido hijo, que nuestra benevolencia te dé nuevas fuerzas para proseguir nuevamente sus tareas. Cuantos más hombres puedas arrancar al peligro de las malas lecturas más benemérito serás para el interés general.

Y á fin de que te alientes más con las gracias celestiales, tan necesarias para el sostenimiento de tu celo, Nos te damos muy afectuosamente en el Señor la Bendición Apostólica á ti y á la Sociedad de la que eres Presidente.

Dada en Roma, cerca de San Pedro, el 7 de Septiembre del año 1896, decimonono de Nuestro Pontificado.

LEÓN XIII, PAPA.

DECRETO *autorizando la celebración de misa de Requiem en algunos días de Rito doble.*

DECRETUM

Aucto, postremis hisce temporibus, maxime in calendariis particularibus, Officiorum Duplicium numero, quum pauci super sint per annum dies, qui Missas privatas de Requie fieri permittant et ipsa Officia semiduplicia interdum ab aliis potioris ritus impediuntur, nonnulli ecclesiastici viri pietate,

doctrina ac dignitate praestantes, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII humillimis enixisque precibus rogarunt, ut, ad iuvamen fidelium defunctorum et ad spirituale solatium vivorum, in Ecclesiis et Oratoriis sive publicis sive privatis, praesertim iis, quae in sepulcretis rite erecta sunt vel erigentur, Missae lectae de Requie diebus etiam duplicibus aliquoties per annum de Apostolica Benignitate celebrari valeant. Placuit autem eidem Sanctissimo Domino Nostro huius negotii examen Sacrae Rituum Congregationi committere; quae, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus mature perpen- sis, attentisque hac de re etiam peculiaribus locorum circums- tantiis, in Ordinario Coetu subsignata die ad Vaticanum coa- dunato, ad propositam per infrascriptum Cardinalem Sacrae eidem Congregationi Praefectum quaestionem, respondendum censuit:

Si Sanctissimo placuerit: I. In quolibet Sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missas, quae inibi celebrari permit- tuntur, posse esse de Requie diebus non impeditis a Festo duplici 1.^{ae} vel 2.^{ae} classis, a Dominicis aliisque festis de prae- cepto servandis, necnon a Feriis, Vigiliis, Octavisque privile- giatis. Item II. Quibuslibet Ecclesiis et Oratoriis quum pu- blicis tum privatis et in Sacellis ad Seminaria, Collegia et Religiosas vel pias utriusque sexus Communitates spectantibus, Missas privatas de Requie, praesente, insepulto, vel etiam sepulto non ultra biduum, cadavere, fieri posse die vel pro die obitus aut depositionis: verum sub clausulis et conditionibus, quibus, iuxta Rubricas et Decreta, Missa solennis de Requie iisdem in casibus decantatur.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 19 Maii 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per meipsum infrascriptum Cardinalem, relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius Congregationis in om- nibus ratam habere et confirmare dignata est, die 8 Iunii, eodem anno.—CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Praef.
—L. ✠ S.—A. TRIPEPI, Secretarius.

S. CONGREGACION DE INDULGENCIAS

DECRETUM

Calcedonius Mancini Presbyter Congregationis Missionis et Redactor «Ephemeridum Liturgicarum» duorum insequentium dubiorum a Sacra Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita solutionem humiliter postulat.

I. An in Sabbatis Quadragesimae, in quibus Vesperae anticipantur ante meridiem, oratio «Angelus Domini» ipso in meridie recitari debeat stando, ut recitatur stando antiphona finalis Vesperarum, an potius flexis genibus, ad indulgentias lucrandas?

II. An juxta normas praescriptas a Sylloge authentica Orationum et piorum Exercitiorum edita a S. Cong. Indulgentiarum anno 1886 decreto diei 21 Maji, ad lucrandas Indulgentias Sabbato infra Octavam Pentecostes recitanda sit, meridie, oratio «Angelus Domini» vel antiphona «Regina Coeli»?

Et in plenaria Congregatione diei 5 Martii 1896 in Aedibus Vaticanis habita, Patres Cardinales responderunt:

«Consulendum SSmo. pro opportuna declaratione quoad utrumque dubium.»

Die vero 20 Maji ejusdem anni in Audientia habita ab infrascripto Cardenali Sac. Congr. Praefecto, SSmus. D. N. Leo Papa XIII benigne declaravit: in Sabbatis Quadragesimae orationem «Angelus Domini» meridie, recitandam esse stando: Sabbato vero infra Octavam Pentecostes, meridie, recitandam esse antiphonam «Regina Coeli.»

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Congregationis, die 20 Maji 1896.—ANDREAS CARD. STEINHUBER, *Praef.*—A. ARCHIEP., NICP., *Secretarius.*

COLLATIONES MORALES PRO MENSE NOVEMBRIS.

1.^a

Quibus absolutio concedenda, quibus deneganda aut differenda sit. An sub gravi Confessarius impertiri absolutionem teneatur poenitenti qui tantum venialia confessus est.—An velut

indispositus sit habendus poenitens qui ea peccata reticet quae confessarius certo scit ab illo commissa fuisse.—Quid si id sciat ex alterius confessione, complicitis e g.—Quis dicitur dubie dispositus.—An et quando dubie dispositi omnino absolvi debeant.—An et his qui actu dispositi sunt, absolutio differenda sit.

Casus.

Didacus Sacerdos Eudaldi confessionem audit quem ex aliorum relatione extrasacramentali blasphemum esse scit qui semel atque iterum se blasphemasse negat; eum tamen dispositum judicat et absolvit quia, ait, magis standum est poenitentis testimonio quam aliorum etiamsi Eudaldum blasphemare audiverint. E contra Rufinum qui fornicationem negavit sine absolute dimisit, tantum crucis signum supra ipsum faciens quia ex ejus sponsae confessione sciebat non semel cum ea fornicatum fuisse; nam, ait; facilius est Rufinum mentiri quam Sponsam se falso accusare. ¿Recte Didacus judicavit? Et quatenus negative quomodo se gerere debuit?

Quaestio liturgica.

¿Possunt Sacerdotes superpelliceo induti, feretrum defuncti Sacerdotis deferre aut saltem fimbrias panni mortuorii?

2.^a

An confessarius Doctoris munus etiam exercere debeat.—Quaenam poenitentes confessarius docere debet.—An semper poenitentis ignorantiam tollere debeat.—Quibus in adjunctis instructio vel monitio fieri debet. Quando est omittenda.—An confessarius teneatur ad poenitentium instructionem etiamsi non fuerit interrogatus.—An et aliquando interrogatus, aut responsum declinare aut omnino silere possit aut debeat.

Casus.

Jubajanus Parochus audit confessionem Roberti et Paulae qui vere conjuges putantur sed quorum matrimonium nullum fuisse scit propter affinitatis impedimentum: interrogatus a Paula an validum sit matrimonium et an debitum reddere debeat; dubitat enim de matrimonii valore quia eum metu celebravit et timet debitum reddere quia maritus fortasse Phthisi laborat, res-

pondit matrimonium validum esse et teneri ad debiti solutionem: haec animo postea volvens ait mentitus sum in sacramentorum administratione et Paulam jussi fornicari cum ejus matrimonium nullum sit: ¿quid faciam?» ¿Quid Jubajano consulendum?

Quaestio liturgica.

¿Potest Diaconus cum Pluviali cadavera comitari et de licentia Parochi benedicere sepulturam?

3.^a

An confessarius ut verus medicus se gerere debeat.—Quid praestare debet ut medici munus rite adimpleat.—Quaenam remedia universalia praescribere potest ad praecavenda peccata et profectum faciendum.—Quaenam specialia contra diversa vitia.—An ut Pater etiam se gerere debeat confessarius.—Quae sint propria hujus muneris.

Casus.

Alexander confessarius juvenem invenit multis peccatis affectum, diutina consuetudine atque frequenti relapsu languentem: eum interrogavit apud quosnam antea confesus sit, et cum plures se peritiores audiverit ait: «¿et quomodo illi te non curarunt? fortasse non vis curari; emendationem cura et postea veni vel potius redi ad pristinos Medicos» Alium vero qui ordinarie apud ipsum confiteri solebat, quia venialia tantum vix aut ne vix quidem sufficientia ad absolutionem confesus fuerat, hortatus est ut aliqua ex anteacta vita aperiret, cumque ille negaret se mortale aliquod habere, quod Alexander ex praeteritis ejus confessionibus falsum esse sciebat, ait: non multum de peccatis doles quando ita ea abscondere conaris; si non aliam affers materiam, recede, recede et Deum ne fallere intendas. ¿Quid de Alexandri agendi ratione?

Quaestio liturgica.

¿Oratio «Non inters» quando corpus non defertur ad portam Ecclesiae, dici potest in Ecclesia statim post Missam vel potius in domo defuncti vel coemeterio dicenda est?

An et quanta scientia praeditus esse debeat confessarius ut rite munus suum obeat.—An sit necessaria scientia *exquisita* vel sufficiat mediocris et relativa et quo sensu dicenda sit relativa.—An licite possit confessiones audire Sacerdos qui dubitat an sufficiente scientia sit praeditus, si habeat Superioris approbationem. An recte agat qui naturali iudicio atque congenita prudentia innixus, Theologiae moralis studium negligit.—An aliquando Sacerdos ignarus possit et debeat confessiones excipere et ideo excusetur Praelatus qui ejusmodi Sacerdoti jurisdictionem confert.

Casus.

Agripinus Sacerdos ad audiendas confessiones approbatus in confessionali sedit casus in dioecesi reservatos ignorans: accidit ut Petrum qui reservata habebat inter alios etiam absolvet: id postea sciens ad Majorinum confessarium accedit interrogans: 1.º an et quoties peccaverit: 2.º an valida Petri absolutio fuerit eo quod Ecclesia defectum jurisdictionis supplere soleat: 3.º an Petrum monere debeat de nullitate absolutionis. Majorinus respondit. Agripinum toties peccavisse quoties in confessionali sedit et toties quoties novus poenitens accesit ratione novi periculi cui se exposuit: invalidam fuisse Petri absolutionem et teneri ad monitionem faciendam ut Petri saluti consulat. ¿Recte respondit Majorinus?

Quaestio liturgica.

¿Potest Sacerdos Orationem, «Non intres» et Responsorium «Liberá me Domine» capite cooperto dicere, aut, saltem cooperire dum feretrum incensat?